



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCX. Zeugniß des Rathes zu Schmalkalden über diese
Vergleichs-Angelegenheit, vom 16. Januar 1302.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

supradictis dari, per quas venditionem Castrum Waldenvels et omnium honorum attinentium de suo favore et consensu recognoscimus fore factam, Jus proprietatis et infeodationis Monasterii Vallis S. Georgii tribuendo, nihilominus renunciando omni juri siue actioni, que circa castrum et bona predicta domino nostro Marchioni competere videbantur. In cujus rei eternam euidenciam presentem litteram cum suis testibus infra scriptis nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Testes sunt Gotfridus de Lapide, Cunrad et Albertus fratres de Heffberg, Albertus de Bardtordff, Sinderamus, milites; Otto de Konigshoven aduocatus et quam plures alii fide digni. Actum in Smalcalden, Anno Dom. M. CCC. secundo, in crastino Epiphanie Domini.

Aus dem Gothaisch. Kirchen- und Schulensaat Thl. III, St. V, S. 39 und 40 und der Thuringia sacra S. 532.

Anm. Das Schloß Waldensfels, heute Altenfels genannt, in der Nähe von Tambach gelegen, hatte Graf Hermann I. von Henneberg im Jahre 1262 vom Kloster Georgenthal an sich gebracht (Gothaischer Kirchen- und Schulensaat III, V, S. 31) und vermuthlich dem Ritter Heinrich von Meldingen zu Lehn gegeben. Letzterer verkaufte das Schloß im Jahre 1293 wieder dem Kloster Georgenthal (Urk. in der Thuringia sacra und in dem Gothaisch. Kirchen- und Schulensaat III, V, S. 34) ohne Consens der Markgrafen als nunmehriger Lehnsherren. Statt ihrer sehen wir den Landgrafen Albrecht von Thüringen den Verkauf von 1293 in demselben Jahre in der Weise bestätigen (Goth. Kirchen- und Schulensaat VII, V, 35), als hätte Heinrich von Meldingen einen Antheil an Waldensfels von ihm zu Lehn gehabt. Doch machte nach der vorstehenden Urkunde auch der Markgraf Hermann von Brandenburg lehnsherrliche Ansprüche darauf, die erst durch den von Walther von Barbey vermittelten Vergleich aufgegeben wurden.

CCCX. Zeugniß des Rathes zu Schmalkalden über diese Vergleichs-Angelegenheit, vom
16. Januar 1302.

Nos Henricus de Antehufen, Cunradus dictus Waymund, consulum Magistri ceterique consules in Smalkalden, tenore presentium omnibus hanc litteram inspecturis recognoscimus publice profitentes, Quod amicabilem compositionem factam est inter Dominum Abbatem Vallis S. Georgii ex vna, nec non nobilem Dominum Waltherum de Barbey, ex parte altera, loco et nomine illustris principis Domini H. Marchionis Brandenburgensis, super possessione ac proprietate castelli Waldenvels atque honorum ipsi castro attinentium, de maturo consilio omnis dissensio (et) rancor hucusque habitus de predicto castro totaliter est sopitus. Preterea profiteamur, quod antedictus nobilis de Barbey ipsi Domino Abbati nec non Ecclesie sue litteras Domini Marchionis ordinavit in hujus facti testimonium approbatum. Vnde ipsi super huiusmodi placito et concordia presentem dedimus litteram, nostro sigillo firmiter communitam. Datum Anno Dom. M. CCC. secundo, in die Marcelli.

Aus der Thuringia sacra p. 532 und dem Gothaisch. Kirchen- und Schulensaat III, V, 40.